

Contra eos qui «possident in argento egenos».

Léctio libri Amos prophétæ

8, 4-7

- ⁴ **A**udíte hoc, qui contéritis páuperem
et defícere fácitis egénos terræ,
⁵ dicéntes: «Quando transíbit neoména,
et venumdábimus merces?
Et sábbatum, et aperiémus fruméntum,
ut imminuámus mensúram et augeámus siclum
et supponámus statéras dolósas,
⁶ ut possideámus in argéto egénos
et páuperem pro calceaméntis
et quisquílias fruménti vendámus?».
⁷ Iurávit Dóminus in supérbia Iacob:
«Non oblivíscar in perpétuum ómnia ópera eórum».

Verbum Dómini.